



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXCII. Der Römische König Rudolph verspricht einer Stadt, vermuthlich in
Italien, ihre Angelegenheiten zu berücksichtigen, als seine Uneinigkeit mit
dem Markgrafen von Brandenburg beigelegt sein ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

percipiat annuatim. Vt autem istud per nos et et per nostros quolibet ipsi D. Regine inuolabiliter obseruetur, presens scriptum desuper fieri et sigillo nostro iussimus committi. Dat. . . . anno domini mill. CC^{mo} octuagesimo primo kn.

Nach demselben Codex, und abgedruckt wie die vorstehende Urkunde. Soezel hat für DC^{as} ducentas.

CXCII. Der Römische König Rudolph verspricht einer Stadt, vermuthlich in Italien, ihre Angelegenheiten sobald zu berücksichtigen, als seine Uneinigkeit mit dem Markgrafen von Brandenburg beigelegt sein würde.

Dum considerationis nostrae volumina volvimus, dum cunctorum fidelium nostrorum, et Principum sub Imperio Romano degentium fidem et merita, quibus eidem famulantur Imperio, Regalis circumspeditionis providentia contemplantur, ad vos, tanquam fide, devotione et opere clariores, benignum convertimus nostrae considerationis intuitum, sedula meditatione pensantes, qualiter huiusmodi clara vestrae devotionis insignia, quibus nos et Imperium hactenus coluistis, condignae retributionis muneribus honoremus, quo magis accensa vestra devotio continuatione laudabili floride perseveret. Sane N. ad Majestatis nostrae praesentiam in vestrae legationis officio destinatum benigne suscepimus, et ea quidem, quae nobis vestro nomine referre voluit, sic advertimus diligenter, siquidem de facto, super quo frater H. vobiscum nostro nomine contulisse dinoscitur, prout etiam N. plenius nos instruxit, responso finali vobis ad praesens non possumus respondere, maxime quamdiu causa seu quaestio, quae inter Nos et Marchionem Brandenburgensem emerit hoc tempore, non est ad partem alteram terminata; qua statim, ut credimus, expedita, sollempnes nuntios nostros super his et aliis plenius informatos ad vestram praesentiam e vestigio dirigemus, affectuose rogantes, quatenus interim taliter vestra negotia dirigatis, ut si per ipsos ad nostra servitia vocari contigerit, ad ea reperiamini expediti. Super facto autem Tusciae, vestrae petitioni annuissimus de facili, immo nostra in hoc et Imperii utilitate pensata fecissemus et ipsum procul dubio non rogati, si non summi . . . patris, petentis ibidem quendam cognatum suum per quamdam convenientiam collocari, praecurrens petitio, vos in ipso negotio praevenisset.

Nach dem Original-Abdrucke aus dem Codex Trevirensis in Bodmann's Cod. epistol. Rudolphi regis p. 106. 107.

CXCIII. Kunigunde, verwitwete Königin von Böhmen, klagt bei dem Könige Rudolph über den Markgrafen Otto von Brandenburg, der Prag eingenommen und ihr ihre Kinder entrisen habe, und bittet den König um seinen Rath.

Ex quo placuit Regi Regum altissimo praealmo omnia complectenti, nos karissimorum nostrorum orbare solatio, ad Vos, tanquam ad potissimum, qui nunc superest, refugii